



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die decima septima Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Die decima septima Iulij.

De sancto Fredegando confessore.

Ex informatione Monasteriensium & Pormensium.

**T**VRNINI, natalis sancti FREDEGANDI presbyteri & confessoris. Cuius corpus requiescit in ecclesia collegiata Monasteriensi. Est autem de illis beatis prædicatoribus, qui ex Hibernia in Galliam venerunt cum sancto Foillano & alijs Apostolicis viris. Locus vero, in quo eum quiescere iam commemoratum est, est Monasterium super Sambriam, à beato Aimando in honorem S. Petri constructum, duobus milliaribus à Namurco; ubi antiquitus fuisse congregationem monasticè videntem, ipsum nomen indicat. Sed nunc vocantur Dominæ & Canonicæ. Est etiam celebris sancti viri memoria in Doorne apud Antuerpiam. Ibi enim quietuit, cum is locus ciuitas esset: ferturque muris cincta fuisse, cum ijs adhuc Antuerpia careret. Qua autem de causa inde translatum fuerit sanctum corpus, pulcrè explicatur in beati Gummarit translatione, hisce verbis; Nordmanni per flumen qui dicitur Schinda, ad villam Turninum deuenierunt; ubi erat monasterium sancti Fredegandi confessoris. Sed Deus propter iniquitatem habitantium exosus locum, reliquias ipsius iussit altè transportari, ut nullum esset obstaculum contra desolationem. Quibus sublatis, velut muro & turribus ciuitatis destruetis, irruit gens inimica, & incendio perdidit omnia aedificia: ipsumque monasterium consumxit: homines partim trucidauit, partim captiuos abduxit. Quæ etiam legiuntur in collegiata ecclesia Monasterensi.

Goropio sive  
III. secunda

ensi. Natalem diem habet decimum septimum Iulij, aduentus incidit in diem sanctæ Barbaræ.

Locus Gallicè pro Monstier dicitur *Mouster*, sicut retro in cism est nomen sancti Fredegavdi, cum visitatius & rectius dicitur Fredegandus, Gallicè *Frego*.

## Decima octaua Iulij.

1º De S. mart. Frederico episc. Ultraiecti.

*Ex martyrio quod Surius edidit.*

**T**RAIECTI, natalis S. F R E D E R I C I , eiusdem loci episcopi & martyris, qui innocens à nocentibus pro veritate occisus est ante sanctum altare Dei. Hic natione Friso, multum laborauit in Walachria contra illicita cōnubia, & in Frisia contra Arianam perfidiam Ludouicum Imperatorem voluit condignam agere pœnitentiam, de eo quod Judith Ducis Bauariæ filiam, suæ maiestatis carnalem consanguineam, contra decreta Canonum & Pontificum haberet vxorem, sine licentia summi Pontificis, & sine aliorum Praesulum iudicio. Cumque excommunicationis gladium minaretur, Judith eum precibus & promissis frustra flectere tentauit. Quare duos subornauit, qui sanctissimum Frisonicæ gentis episcopum, post Missæ celebrationem, pro veritate occiderunt. Quod factum est anno octingentesimo trigesimo octavo. \* Quidam Lud. & Judith causam defendunt. Vide Regin. & Ammoynum. Quiuscum ad sanctum Salvatorem, in crypta habens monumentum, vbi inuocatus medicum se & medicinam exhibet. Huius sancti intuitu multa ecclesiæ Traiectensi Gerowaldus tulit (anno 818. in villa Embrici )